

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

N. Albergatus n. 50

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

explicare nullo modo possim. Ex quo vestra Paternitas liquido intelliget quanti intersit, tales diuinorum mysteriorum Magistros, in his barbaris, in cultisque regionibus versari: sed quoniam contineri non possum ad V. Paternitatis adventum reseruabo. Interim de me hoc possum polliceri in posteruni horum me Patrum (Apostolos verius nominasse) Patronum futurum vigilantissimum, & summe eorumdem mirabilisque virtutis laudatorem, &c. Ita in citatis toties literis annuis Soc. ann. 1611. fol. 868.

50. AB ALBERGATO, qui scribens ad Greg. XV. de S. Ignatio sic loquitur: Beatus iste (inquit) eam Societatem Ecclesiæ Catholice peperit, quæ velut murum se opponit vniuersæ impietati pro Domo Dei. Testis oculatus loquor, & sceleris arguerer, si tacerem: pugnauit sanguine, pugnatque adhuc constantissime. Ita apud Euseb. in doctrin. Ascetic. lib. I. cap. 60. fol. 50. col. 2. Et in Testimonio ad eundem Gregorium idem Episcopus: Gloriofissimum (inquit) censeo Beatum Ignatium, qui Chorus Confessorum, Doctorum, & Martyrum Ecclesiæ peperit. Ibidem fol. 51. col. 1.

51. A BAYENS<sup>I</sup> In Brasilia nostrorum tolerantiam publicè prædicante. Illis enim nihil maioris lucri per id tempus quam constanter in tuenda libertate Brasiliorum, & sustinenda patienter eam ob rem inuidie mole, & obtrectationibus hominum exterorum. Quam admiratus constantiam Episcopus integerrimus, palam in Urbe Bayæ pro concione commendauit: conuersoque ad Patres sermone, & solatus insuper confirmauit, Ne vnuquam ab suscepto patrocinio terrore villo delisterent. Ita Par. 4. Hist. Soc. lib. 5. num.

294.

52. A CARNERIO Macaoensi, qui vehementer instabat, Ut liceret sibi Infulis Episcopalibus positis vitam sub obedientia Societatis finire: insigne boni Pastoris documentum ostendens, & Societatis existimationem. Sic Ibidem lib. 4. num. 107.

P.

53. AB

Sunt diuinorum ministeriorum Magistri.

Et Apostoli,

Societas  
Murus pro domo Dei.  
Pro illa suo sanguine  
constituit  
me pugnare.

Chorus Co-  
fessorum,  
Doctorum, &  
Martyrum  
Ignatius  
Ecclesiæ  
peperit.

in tuenda  
Brasiliorū  
libertate  
constan-  
tiam Epis-  
copus Bayæ  
publice  
predicat.

Sub Societatis obe-  
diëtia mori  
Episcopus  
instat Car-  
nerius.